DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Ablassbrief

Pfarrarchiv Tarrenz

18.11.1447

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7563.A8

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-60762

Visual Library

Johannes dei gracia Epus Brixinen Universis et singulis presencium inspecturis. Salutem et sinceram in dno
caritatem. Quoniam ut ait Aplus Omnes stabimus ante tribunal xpi recepturi prout in corpore gessimus sive bo-
num fuerit sive malum. Necesse est ergo nos diem adventus iudicis operibus bonis prevenire ita ut unusquisque seminet in
terris quod cum multiplicato fructu largiente dno premia multifaria recolligat in celis. Cum igitur ad Cappellam in
Starckenberg sub parochiali ecclia in Imbst nre dioc situam ac in honore sancte Margarete virginis consecratam a quibus
dam pontificibus nonnulle indulgencie dno auctore largite fuerint. Sed quoniam eadem Cappella nunc edificiis soluta in
tam magnam est ruinam collapsa ita quod de ipsa nulla reparacionis spes fore arbitratur. Ut tam sanctorum reliquie quibus
predicta Cappella nunc dirupta extitit dudum multifarie decorata congruis honoribus frequententur et a xpifidelibus digne
venerentur. Omnes et singulas sanctorum reliquias necnon indulgencias iam dicte Cappelle sancte Margarete modo di-
rupte a quibuscumque pontificibus seu prelatis canonice concessas quarum tenores presentibus haberi volumus pro sufficienter
expressis necnon cum universis iuribus honoribus et pertinenciis ad Cappellam sancti Udalrici in Tarrenz intra limites
prefate parochie Imbst situam transsumimus ac presentibus transferimus ac inibi recludi fecimus ipsasque indulgencias nra or-
dinaria auctoritate confirmamus innovamus et approbamus. Et ut fidelium devocio ad premissam Cappellam sancti Udalrici
maiori succedantur ardore omnibus et singulis xpifidelibus vere confessis et contritis qui eandem Cappellam devocio-
nis causa visitaverint seu ad ipsam pro eiusdem fabrice instauracione suas porrexerint manus adiutrices In festivi-
tatibus videlicet Natalis dni Circumcisionis Epiphanie Cene dni Parasceven Resurreccionis Ascensionis Penthecostes
Quatuor sollempnitatum virginis gloriose omnium Aplorum patrociniis ac Dedicacionis eiusdem De omnipotentis dei clemencia ac
beatorum Aplorum petri et pauli patrocinio confisi Quadraginta dies criminalium de iniunctis eis penitenciis in dno mi-
sericorditer relaxamus. Datum Brixine Mensis Novembris die Decimaoctava Anno dni Millesimoquadrin-

Johannes dei gracia Episcopus Brixinensis Universis et singulis presencium inspecturis. Salutem et sinceram in domino
caritatem. Quoniam ut ait Apostolus Omnes stabimus ante tribunal xpi recepturi prout in corpore gessimus siue bo-
num fuerit siue malum. Necesse est ergo nos diem aduentus iudicis operibus bonis preuenire ita ut unusquisque seminet in
terris quod cum multiplicato fructu largiente domino premia multifaria recolligat in celis. Cum igitur ad Cappellam in
Starckenberg sub parochiali ecclesia in Imbst nostre diocesis sitam ac in honore sancte Margarete virginis consecratam a quibus-
dam pontificibus nonnulle indulgencie domino auctore largite fuerint. Sed quoniam eadem Cappella nunc edificiis soluta in
tam magnam est ruinam collapsa ita quod de ipsa nulla reparacionis spes fore arbitratur Ut tam sanctorum reliquie quibus
predicta Cappella nunc dirupta extitit dudum multifarie decorata congruis honoribus frequententur et a xpifidelibus integre
venerentur. Omnes et singulas sanctorum reliquias necnon indulgencias iam dicte Cappelle sancte Margarete indul-
tupte a quibuscumque pontificibus seu prelatis canonice concessas quarum tenores presentibus haberi volumus pro sufficienter
expressis necnon cum universis iuribus honoribus et pertinenciis ad Cappellam sancti Udalrici in Tarrentz intra limites
prefate parochie Imbst sitam transtulimus ac presentibus transferimus ac ibidem recludi fecimus ipsasque indulgencias una c[um]
ordinaria auctoritate confirmamus innouamus et approbamus Et ut fidelium deuocio ad premissam Cappellam sancti Udalrici
maiori succendantur ardore omnibus et singulis xpifidelibus vere confessis et contritis qui eandem Cappellam deuocio-
nis causa visitauerint seu ad ipsam pro eiusdem fabrice instauracione suas porrexerint manus adiutrices In festiui-
tatibus videlicet Natalis domini Circumcisionis Epiphanie Cene domini Parasceues Resurreccionis Ascensionis Penthecostes
Quatuor sollempnitatum virginis gloriose omnium Apostolorum patrociniis ac dedicacionis eiusdem de omnipotentis dei clemencia ac
beatorum Apostolorum petri et pauli patrocinio confisi Quadraginta dies criminalium de iniunctis eis penitenciis in domino mi-
sericorditer relaxamus Datum Brixine Mensis Novembris die Decimaoctaua Anno domini Millesimoquadrin-
gentesimo Quadragesimoseptimo

Johis epi Brixinens
xl dies criminalium

Nota est bene confirmacio
omnium indulgenciarum
sive literarum de aliis sanctis
translatarum

Summa omnium indulgenciarum ecclesie sancti
Udalrici in Tarrentz ... dies
et ... dies et annos criminalium preter
cardinali et epo brixn. c et xl dies in
dulgenciarum

A 9 Nro III